



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xv. De gratia quam virgo Maria & S. Ioannes ei impetrauerunt vt posset sentire dolorem Passionis Domini & etiam de dolore quem ipsi senserunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

34 *Duodecimum ca. xij. passus*  
ret me totum sanguinem meum  
spargere & effundere propter a-  
morem suum sicut ipse fecerat  
pro me, & desiderabam propter  
suum amorem, quod omnia mem-  
bra mea afflictionem, & mortem  
pateretur viliorem & acerbio-  
rem passione sua. Et cogitabam & de-  
siderabam inuenire qui me inter-  
ficeret, dum modo hoc paterer  
propter fidem suam, videlicet pro-  
pter amorem suum, & intelligen-  
bam quod non eram digna mori,  
sicut fuerunt mortui sancti Mar-  
tyres, scilicet desiderabam, quod  
faceret me mori vilius & acer-  
biori morte, & non poteram co-  
gitare ita vilem mortem, sicut e-  
go desiderabam, & quod omni-  
no esset dissimilis morti sancto-  
rum, reputabam enim me omni-  
no indignam morte ipsorum.

*Quintumdecimum capitulum xv. pas-  
sus. De gratia quam virgo Maria &  
sanctus Joannes ei impetrauerunt ut  
posset sentire dolorem passionis do-  
mini, & etiam de dolore quem ipsi  
senserunt.*

**Q**VINTODECIMO. confe- Ioānem  
 quenter figebam desiderium, Euange-  
 sancto Ioanne & in matre virgine listā non  
 Dei in memoria eos tenendo, & caruisse  
 cogitando, & rogando eos pro- martyrij  
 pter dolorem quem in passione merito,  
 Domini sustinuerunt, vt acquire- ex nimio  
 rent mihi gratiam, vt semper sen- amore  
 tirem dolorem passionis Christi, Christi  
 vel saltem dolorem eorum, & ipsi & ma-  
 acquisuerunt, & impetrauerunt tris sue  
 hanc gratiam, & tantum dedit in passio-  
 mihi semel sanctus Ioānes, quod ne &  
 fuit ille dolor de maioribus, quā morte  
 vnquam senserim. Et dabatur illorum.  
 mihi intelligere, quod sanctus  
 Ioannes tantum dolorem susti-  
 nuerat de passione & de morte  
 Christi, & de dolore matris Chri-  
 sti, quod extimabam & extimo,  
 eum fuisse plus quam martyrem.  
 Vnde & tunc datum est mihi de-  
 siderium expropriandi me cum  
 tota voluntate, & quamuis impu-  
 gnarer multum à demone, & saepe  
 tentaret me, vt id non facerem,  
 & prohiberetur mihi à fratribus.

B vj

36 *Duodecimum ca. xvj. passus*  
minoribus, & ab omnibus à qui-  
bus me conueniebat habere con-  
siliū, nullo tamen modo potuis-  
sem abstinere pro omnibus malis  
vel bonis quæ potuissent mihi fie-  
ri, quin omnia mea pauperibus e-  
rogarem, & si hoc facere non po-  
tuisset, quod saltem omnia om-  
nino dimisisset. Quare non vide-  
batur, quod possem aliquid reser-  
uare sine magna offensione eius,  
qui me sic illuminauerat. Et ta-  
men adhuc eram in amaritudine  
pro peccatis, & nesciebam: si ea  
quæ faciebam, erant placita Deo,  
sed cum multo placito clamabam  
dicens. Domine etsi damnata  
sum, nihilominus tamen faciam  
pœnitentiam, & expropriabo me  
de omnibus, & seruiam tibi, &  
cum adhuc essem in amaritudine  
pro peccatis, & non sentirem ad-  
huc aliquam dulcedinem diui-  
nam, mutata fui de isto statu isto  
modo.